

Funeral Mist, In Manus Tuas

In manus tuas, Domine,
commendu spiritum meum
Redemisti me, Domine Deus veritatis
Dele iniquitatem meam

Amplius lava me ab iniquitate mea,
et a peccato meo munda me
Quoniam iniquitatem meam ego cognosco,
et peccatum meum contra me est semper

Tibi soli peccavi, et malum coram te feci

Ut justificeris in sermonibus tuis,
et vincas cum judicaris
Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum,
et in peccatis concepit me mater mea

Ecce enim veritatem dilexisti;
incerta et occulta sapientiae tuae manifestasti mihi
Asperges me hyssopo, et mundabor;
lavabis me, et super nivem dealbabor

Cor mundum crea in me, Satanas,
et spiritum rectum innova in visceribus meis
Ne proicias me a facie tua,
et spiritum sanctum tuum ne auferas a me

Tibi soli peccavi, et malum coram te feci

Redde mihi laetitiam salutaris tui, et spiritu principali confirma me
Docebo iniquos vias tuas, et impii ad te convertentur
Libera me de sanguinibus, Deus salutis meae,
et exultabit lingua mea justitiam tuam Domine,
labia mea aperies, et os meum annuntiabit laudem tuam